



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Mogvntinvm, XLII. Episcoporum Contra Simoniam aliave vitia
cleri celebratum anno Domini MXLIX. tempore Leonis papae IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO CHRISTI 1049. bes, qui matrem tuam ecclesiam cremare ausus es? Eloquens Iuo lam confessus est, se malum quidem fecisse, ne deteriora fierent a fcc-lerosis super filios ecclesie. Denique pœnitentiam secundum sagacis papæ iussum accepit, ac de restituenda sancti Geruasii ecclesia ope-ram adhibuit. Ut id vero enucleatus perscribatur, necessario fuerit relegendum caput 13. eiusdem Vvilielmi Gemmeticensis, aentis Ro-bertum & Arelgatum filios Vvilielmi Sorengii depopulatos fuisse Sagensem ecclesiam, & in eam prædonum collocaſte turbam. Quod ægerime ferens Iuo, nobiles barones Nortmanniæ, præcipueque Hugonem Grentemairulium rogauit ſibi cum suis adeſſe turmis. So-rengii vero cernentes exercitum fortiter restiterunt. Iuo contra iuſſit vicinas aedes incendi. Mox, inquit Vvilielmus Gemmeticensis, pa-rochiani iuſſis parenti episcopi: ignis vero immiſſus flante vento ad ecclesiam currit, ipsamque inuadens consumit, & impios in ea furen-tes acriter angit. Et cap. 14. eiusdem libri: Prostratis, ut dictum eſt, filiis discordia, simplicibus in pace circa Sagium licuit aliquantulum respirare. Nobilis Iuo præful ecclesiam cooperire fatigit, & quarto Nonas Ianuarii iterum dedicauit. Hæc ex Vvilielmo Gemmeten-ci reuerendus dominus Ioannes Picardus.

CONCILIVM MOGVNTINVM, XLII. EPISCOPORVM CONTRA SIMONIAM aliave vitia cleri celebratum anno Domini MXLIX. tempore Leonis papæ IX.

NOTA.

* *Concilium.*] De tempore huius Synodi variant scriptores. Tempus Concilii. Lambertus, quem sequitur Serarius in historia Moguntina ad annum Christi 1050. abbas Stadenſis eamdem ad annum Christi 1051. refert. Ego Baronum ſectatus veriorem eſſe puto sententiam Hermanni Contracti & Adami Bremensis, qui hæc & scriperunt & vide-runt; nimurum hanc Synodus anno 1049. celebratam eſſe. De rebus in Synodo geltis Hermannus nihil præter iſta: *Moguntiacum ve-niens aliam Synodus quadraginta prope episcoporum coram imperato-re & regni nostri principibus celebrauit.* Adamus autem Bremenſis lib. 3. cap. 31. acta huius Synodi prolixius enarrans hæc scribit: *Tunc habita eſt Synodus generalis apud Moguntiam, presidente domno apostolico, & imperatore Henrico, cum episcopis Bardone Moguntinensi, Eberhardo Treuerensi, Hermanno Colonensi, Adalberto Hamburgensi, Engelhardo Magdeburgensi, ceterisque prouinciarum sacerdotibus.* In eo Conclilio qui-dam Spirensis episcopus, nomine Sibico, cui crimen adulterii intende-batur, examinatione sacrificii purgatus eſt. Preterea multa ibidem sancta sunt ad utilitatem ecclesie, pre quibus simoniaca heres, & nefanda sacerdo-tum coniugia, holographa Synodi manu perpetuo damnata * eſt: quod Acta Con-cilii quæ Concl. Tom. 25.

Aaaa ij

ANNO
CHRISTI
1049.

veniens domum noster archiepiscopus non tacuisse probatur. De mulieribus statuit eamdem sententiam, quam predecessor eius memorabilis Alebrandus, & antea Libentius inchoauerant, ut scilicet fierent extra synagogam, & ciuitatem, ne male suada pellicum vicinia castos violaret obtutus. Hac Synodus facta est anno Domini 1049. ipse est archiepiscopi septimus. Et tunc maius altare tribunalis dedicatum est in honorem Genitricis Dei. De qua Synodo mentionem ideo feci, quod dominus Adelbertus eo tempore, quo tam clari homines in ecclesia fuerunt, sapientia ac virtutum merito fere omnes praezelluit: tantus apud papam, talis apud Casarem habebatur, ut de publicis rebus absque eius consilio nil ageretur. Hæc Adam.

Hac eadem Synodo intercessione pontificis aliorumque principum imperatori reconciliatus est Lotharingiæ dux Godefridus, de cuius animi magnitudine, bellica gloria, bellicisque contra imperatorem & ecclesiás nonnullas expeditionibus, tandemque de admirabili voluntaria poenitentia eiusdem plura Lambertus, quamquam in tempore grauiter aberret. Hac Synodo (inquit Chapeauilla in notis cap. i. tom. 2.) imperator quæstionem proposuit coram sancta Synodo de legenda sancti Seruatii Leodiensis episcopi, de gestis eius ac supputatione annorum: quæ omnia facta diligentि discussione, ut pie credenda, sunt synodali decreto confirmata. Ioannes Presbyter chronicus Gemblacensi.

CONCILIVM ROMANVM II.

ANNO
CHRISTI
1050.

QVO DAMNATO BERENGARIO, LANFRANCVS sententiam absolutionis retulit, anno M L. tempore Leonis papæ IX.

N O T A.

Tempus
Concilii.

^a *Concilium.*] Quo tempore ista Synodus Romæ celebrata fuerit, Hermannus Contractus in chronicō anno 1050. indicat breuiter his verbis: *Dominus papa post pascha Synodus item Romæ collegit.* Qua de causa celebratum, quidve in ea aëtum fuerit, ostendit Lanfrancus in commentario, quem contra Berengarium edidit, his verbis: *Tempore sancti Leonis papa delata est hæresis tua (alloquitur Berengarium ipsum) ad apostolicam sedem. Qui cum Synodo presideret, ac presideret secum non parua multitudo episcoporum, abbatum, diuersique ordinis et diuersis regionibus religiosarum personarum, iussum est in omni audiencia recitari quas mibi de corpore & sanguine Domini literas transmisi. Portitor quippe earum legatus tuus me in Nortmannia non reperto, tradidit eas quibusdam clericis. Quas cum legissent, & contra usitatis simam ecclesie fidem scriptas animaduertissent, zelo Dei accensi, quibusdam ad legendas eas porrexerunt. Itaque factum est, ut non determinior de te quam de me fuerit exorta suspicio, ad quem videlicet tales literas destinaueris, putantibus multis, me souere ac fovere que a te diccerentur, vel gratia, qua te diligenterem, vel fide, quare reuera ita esse indubi-*